

1756.

1. Bachmerus, Dr. Samuel Föstericus: Effectus statuti personatus extra territorium.
2. Surland, Johannes Falius: Psychologiae juriacae specimen II.
3. Tollner, James Gottlieb: Venam disciplinam theologiae causum existam et novum ei . . . exponit.
4. Whiles, Dr. Fösterius: De fendo ac heretis feudales non transmuntur

1758.

1. Bachmerus, Dr. Samuel: To cessione nominis a Fratibus in Christianum facta rabi vel irrita
- 2<sup>o</sup> Bachmerus, Dr. Samuel Föstericus: De paenit. secunda cum nuptiarum genuinis ac spurciis ? Similare
3. Hackmann, Dr. Gottl. Dr.: Fro honoris dominus feuds refutato

1758.

4. Steckius, Dr. Christ. W. lib: De plegis et fendo plegii  
commentariolum.

1759.

Steckius, Dr. Christ. W. lib: De alienatione iudicij mandati  
causon facta.

1761.

1. Bachmerus, Dr. Samuel Fridericus: De canta infantia  
cridarum tortura.

2. Bachmerus, Dr. Samuel Fridericus: De parricidaria  
sapplicio.

3. Bachmerus, Dr. Samuel Fridericus: De iure in parricides  
indulgentia

4. Bachmerus, Dr. Samuel Fridericus: De reprobis nos jure  
proprio succendentibus.

5. Bachmeus, Dr Samuel Fis'c'ius: De jure cōigore iuris  
in stupratores violentos

6. Bachmeus, Dr Samuel Fis'c'ius: De solutione debiti  
pecuniarii mutale nomiōrum, bonitate intrinsecas  
extempore natae obligationis aestimanda.

for

any way and would like to make  
a plan to do it in a systematic way  
so that it would be better, much  
better. I think we have to make  
use of the old ways which were simple  
and good.

It is a good idea to have a  
plan for the future.

I believe it should be done in a planned  
way.

I believe that the best way to do it is to  
make use of the old ways which were simple  
and good.

8.

Pri. 37. Num. 9.

1758, 1

5

DISSERTATIO IVRIDICA  
DE  
CESSIONE NOMINIS  
A IVDAEO IN CHRISTIA-  
NVM FACTA RATA  
VEL IRRITA

QVAM  
IN REGIA VIADRINA

PRAESIDE PATRE

IO. SAMVELE FRIDERICO BOEHMERO, ICTO

POT. REG. BORVSS. CONSIL. INTIM. ET ACAD. VIA-

DRIN. DIRECTORE

D. XVIII. FEBR. MDCCCLVIII.

PUBLICO EXAMINI SVBMITTET

FILIVS

IVSTVS ERNESTVS BOEHMER.



FRANCOFVRTI AD VIADRVM,

TYPIS IOANNIS CHRISTIANI WINTERI, ACAD. REG. TYPOGR.

DISSESSATATIO I V R I D I Q A

DE

C E S S I O N E N O M I N I S  
A V A N A F O L C H R I S T I A  
N U N T A C T A R A T A  
A V E R I R I A T A

647 M

I N K E P T A V A D R I A N A

T R A S S I S E P A T E R

O F C S M I L E H E D R I O R O B R I G H T O I C T O

- A M A G A T E - C O N S E - C O N S E - T A - T A


- T A X A D I C T I O N E T O T

— D E N U X I I I T A R A M D C C P M I I I

T E T T E M I S E C O M M E T

648 M

I V A T A S E R I N S T A V A D O T H I M E Z



E R A M C O N V E N T I O N I D M I N D E R W

G E T T E J O A N N I S C H R I S T I A N I W I N T E R I A C O D , R I E , T Y C O O R

ILLVSTRISSIMO AC EXCELLENTISSIMO  
DOMINO

PHILIPPO IOSEPHO  
DE IARRIGES

SVMMO REGNI BORVSSICI ET OMNIVM  
PROVINCIARVM BORVSSICARVM  
CANCELLARIO

ET

MINISTRO STATVS

MAECENATI DEVOTISSIME  
COLENDO

VIR ILLVSTRISSIME EXCEL-  
LENTISSIME  
MAECENAS GRATIOSISSIME,

PHILIPPO IOSEPHO  
DE LA RIGE

SUMMO REGNI BORASSICI ET OMNIAM

PROVINCIALEM BORASSICAM

CANCELLARIO

TE

  
*Vix temeritatis notam effugere videor, VIR IL-  
LVSTRISSIME, dum TIBI nec notus  
nec cognitus, specimen academicum devota mente of-  
ferre, nomenque TVVM eidem praemittere sustineo,  
ut, quam alii gratiam TVAM intercedentibus amicis*

querunt

quærunt, egomet ipse, mihi soli relictus, ambiam. Ast in-  
citavit me non modo singularis *TV A*, qua benignissime hu-  
cuseque patrem prosequutuses, gratia, verum etiam, quæ *T L*  
*B I* soli propria, et in vulgus nota, comitas nec non incredibi-  
lis propensio ad promovendos conatus eorum, quibus in ne-  
gotiis forensibus versari, ac inde fructus studiorum colligere,  
seria mens est. Testor, *VIR ILLVSTRISSIME*,  
nunquam me rationes aliter subduxisse, quam ut constanti  
ac perpetua voluntate, rite officio defungendi, rebus agen-  
dis me manciparem. Permitas itaque, ut pro firmando  
conatu *TV V M* patrocinium implorem, meque *TIBI* to-  
tum devoveam. Mibi nihil unquam sanctius, nil religiosius  
erit, quam studium indefessum, de benevolentia *TV A* bene  
merendi, et *TE*, quem cœli indulgentia et **MAGNI**  
**FRIDERICI** gratia patrīe datum, omnes agnoscunt,

cum devotione et pietate, suspiciendi. Servet TE Deus  
diutius sospitem ac in columem: vires animi et corporis in dies  
adaugeat, pro integritate iustitiae, cuius cura TE dies no-  
tusque fatigat: vitamque tandem perennet. Sic patrice, sic  
amicis, sic clientibus, sic mihi bene erit

VIR ILLVSTRISSIME EXCEL-  
LENTISSIME

ILLVSTRISSIMO NOMINI  
TVO

devotus Cliens

Justus Ernestus Böhmer.

§. I.

EX



§. I.

CESSIONIS NOTIO ET VSUS IN LATIO ET  
GERMANIA.

**C**essio, quam præ se fert hæc meditatio, nihil aliud est, quam plenaria iuris in alterum per verba facta translatione l. 14. 23. pr. ff. l. 3. C. de act. vel hered. vend. Communicatur enim per eam alteri id, quod penes alium antea fuerat, quoque is in totum favore alterius se abdicat, et sic modis, ius non momentaneum, sed perpetuum transferendi, recte accensetur. Locum apud Romanos potissimum habebat in acquirendis seorsim rebus incorporalibus seu iuribus. **V**ULPIAN. in fragm. Tit. XIX. §. II. idemque præstabat in his, quod traditio in rebus corporalibus l. 4. C. de her. vel act. vend. consequenter erat modus, quem titulus venditionis, donationis, similisque praecedebat; principiis juris romani admodum convenienter, secundum quae nec solus titulus, nec solus modus separatim, sed uterque coniunctim ius ab uno in alterum derivabat. Manifeste id profitetur HERMOGENIANVS, qui in l. 23. de her. vel act. vend. de translatione actionis venditæ acturus, eam mediante cessione demum perfici profitetur. *Venditor actionis, ait, quam adversus reum principalem habet, omne ius, quod ex ea causa*

A

ei

ei competit, tam adversus reum, quam adversus intercessores eius debiti cedere debet. Verbis absolvebatur cessio, non factis, uti quidem traditio; effectu spectato utraque eadem erat, et proprietatem eius. quod ex intentione transferendum erat, alienabat. Quia in re cum omnes consentiant P E R E Z in C. de hered. vel act. vend. N. XIII. F R A N Z K. L. I. Resol. VIII. N. II. in eo tamen non convenient, utrum translatio ista fuerit plenaria, an merum exercitium iuris cessi, cum actione utili, complexa fuerit, ius ipsum vero cum actione directa remanferit penes cedentem, eamque ob caussam cessionario opus fuerit mandato, quo is procurator in rem suam factus, hoc schemate ius cessum persequendi? Posteriori communiter, qui de ea scriperunt, perhibent, caussati, offibus creditoris ita iura inhaerere, ut ab iis in totum per cessionem separari non possint; opus ergo esse medio quodam, hoc est mandato, quo plenius exercitium in alterum post cessionem transferendum; eoque vergere phrasin in iure frequentem, sed promiscuam: cesis, vel mandatis actionibus experiri. S C H I L T. Ex. XXX. §. LXII. T I T I V S ad Laut. tit. de hered. vel act. vend. Obs. DXXXI. B E Y E R ad ff. cit. tit. L A V T E R B. diff. de proc. in rem suam. Ast prius feliciori successu persecutus est, G R V B E R de mandat. act. docuitque, mandatas actiones ad eum tantum casum pertinuisse, quo venditæ quidem, sed non separatim cessæ fuissent aetiones: cessione vero post venditionem secuta, translationem usque eo plenariam fuisse, ut cessionarius, velut solitarius actionis propriarius, non ex ministerio cedentis, sed suo nomine, ac periculo experiri potuerit, donec tandem D. P I V S, non requisita cessione emtori utilem actionem in l. 7. 8. C. de hered. vel act. vend. contra debitorem indulxit, et ita ad translationem iuris titulum absque modo, non æque modum absque titulo, probavit. Quicquid demum priori aut posteriori interpretationi veritatis insit, iure Germanico, quo hodienum forum perstrepit, alia rerum facies est. Maiores trias latiales in cessionibus nunquam adoptarunt, sed simplicitatem negotii secuti, cessiones non aliter, quam reliquias species ad promovendum commercium receptas in negotiis privatis ac publicis traeta-

tractarunt, in sola *voluntate*, dominium, vel ius aliquod plenum transferre volentium, sufficienter declarata, acquiescentes, nec quicquam *amplius* ad producendum plenissimum eius effectum requirentes. Eademque principia confirmat hodienum *praxis* quotidiana, quæ, quanquam plura ex iure *romano* etiam in materia cessionis receperit, non eo usque iugum ex formula romano-rum pronuntiandi procraxit, ut sub aliqua specie afferere liceat, cessioni *novum*, et peculiarem effectum civilem, quem *titulus* præcedens non continet, inesse; aut post cessionem cedentem non *omni* iure se abdicasse. Tribuunt potius cessionario omnia media ad persequendum ius cessum idonea, perinde ac cedens ante cessionem iis uti potuit, profligata necessitate sub *ministerio procuratæ* in iudicio experiundi. Probant quidem nostrates cessionem iuris venditi, sed non aliter, quam velut *cautelam abundantem*, ut glossematibus tantomagis obvium ire queant. Hoc amplius, ne quidem cessionem pro *traditione* necessaria, aut *modo*, uti quidem acquisitionibus rerum corporalium proprium, habent, sed sola venditione, seu *titulo* alienationem *actionis* fieri, perhibent, cessionemque ad *probationem* referunt, ita, ut, venditione aliunde satis probata, in alienatione, et proprietate iuris translati acquiescant. Breviter: omnis solertia circa titulum, et modum in *nominum*, et *actionum* commercio penitus exulat: venditio, donatio, similisque alienatio cum cessione *actionum* coincidit, et *synonymice* accipitur, ut perinde sit, utrum de rata vel irrita *cessione*, an *venditione* nominum quæstio moveatur, ceu antea citati autores ultro fateri coguntur.

*NOMINUM SIGNIFICATVS VARIUS.*

Hactenus de cessione: consequens est ut de *nominum*, quorum cessionem hic examinamus, notione conveniamus. *Nomina* non eandem ubique notionem in iure servant, sed modo *stricto*, modo *late* sumuntur. Proprie non significant debitum, sed cautionem eum in finem conscriptam. *Nomina ASCON* in

**III.** *Verr.* appellari scribit ab eo, quod *Calendariis solerent eorum, quibus pecunia credebatur nomina perscribi.* Vnde *cautiones fæneratitias* interpretatur **I M P E R A T O R** in *l. f. C. de paſt. convent.* et *nomina fieri*, seu *cautiones conscribi*, passim dicuntur teste **B A L D V I N O ad Paul. de caut. P. I. Oper. ex edit. Heinec. p. 402.** Sed translata hæc appellatio ad *debita ipsa*, et *ius ea a debitore persequendi*, ita, ut *Chirographis* opponantur in *l. 44. §. 6. de leg. 3. l. 59. de leg. 3.* nulla omnino faœta differentia, utrum *debitum sit quantitatis, an speciei.* Nam tum *corporis*, tum *pecuniarium nomen contrahi*, testis est **P A V L V S in l. 18. de pignor. aet.** Præterea æque, quicquid eiuscausa competit denotat *l. 87. de Leg. 1. l. 34. pr. l. 59. de leg. 3.* et pro *actione ipsa sumitur.* Atque hic significatus est extantior. Ita vero perinde est, utrum *venditionem cessionemque nominum de ipso debito, an de actionibus eo nomine comparatis accipias*, et quicquid de *cessione nominum dispositum*, perinde ad *cessionem actionum transferri potest.* Hoc solum meminisse iuvabit, *nominum notionem actiones personales non egredi*, et sic *ius ad rem supponere, realibus vero persecutionibus propriam haud esse, nec omnem omnino facultatem persequendi, quod sibi ex quoconque iure debetur, comprehendere.* Saltem romani, quoties ex *arte loquebantur, hanc locutionem ad iura realia transtulisse, non constat l. 6. de V. S.* Vnde et hodienum *strictam* istam notionem in foro *ybique servamus.*

### §. III.

#### PROHIBITAE CESSIONES EX V T R O Q V E I V R E.

Cum *cessio nominis, vel actionis species alienationis* sit, non mirum eam in se licitam esse, et tanto maiorem favorem habere, quanto liberiora, et augustiora hoc negotiationis genere fiunt commercia. Evidentiam rei agnoverunt romani, qui *cessionis nominum tanquam rei quotidianæ, toties quoties mentionem faciunt, quibus applaudunt Nostrates, ipsa experientia teste.* Modo, ut *abusus tolleretur, opus fuit restrictionibus, per leges in quibus-*

quibusdam cessionibus inventis, Talis est cessio actionum litigiosarum in l. 2. f. de litigios. cohibita, cuius ratio in litis pendentia, quæ non potest non per promiscuam cessionem in fraudem partis adversæ turbari, recondita est. Idem saluberrime constitutum de debitis *pupillaribus*, quæ in tutorem transferri nequeunt, ne in eius potestate sit, variis artibus pupillum defraudare, et sibi ex nomine falso, vel illiquido satisfacere. Tantum enim abest, ut huiusmodi cessionem probaverint, ut potius ea facta, quantumvis nomen verum fuerit, lucrum omne pupillo tribuerint auth. minoris C. qui dar. tut. vel. cur. Quid? quod in genere cessioni nominis in potentiorum veluti militem, cinguli præsumptione gravem, sub iactura iuris interdixerint tot. tit. C. ne lit. potent. Et cui lex *Anastasii* ignota, quæ tota quanta contra fraudulentas cessiones, quibus *creditoris* conditio deterior fieri potest, composita. Sunt et aliae actiones quarum translationes ob intercedens *vindictæ* studium, in iure magnopere odiosum, non permit-tuntur, quorsum actiones iniuriarum, vel ad revocandam donacionem ob *ingratitudinem* donatarii refero, quasi parum *integritatis* huic nundinationi insit l. 1. 7. C. de revoc. donat. Ut alias species taceam, plena manu sub examen vocatas a STRYCKIO de iur. et act. non cessibil. Atque haec specimina in Latio nata. Illis non multo dissimilis est cessio nominis contra debitorem christianum a judæo in christianum facta, cui demum leges germanicae dicam scripserunt. In præsenti animus est, in hanc posteriorem paulo penitus inquirere, et cum huius prohibitionis rationes, tum quæ eidem debentur, vel falso affinguntur restrictiones examinare, tum de usu eius moderno quædam disputare.

## §. IV.

IVDAEVS CHRISTIANO NOMEN NON CEDIT.  
TENOR LEGVM.

Duae sunt constitutiones eam in rem proditæ. Priorem continet Rec. Imp. An. MDLI. in vindicandis negotiis usurariis famosus. Postquam enim §. LXXXVIII. quicquid est scenoris illi-

illiciti, reprobaverat, et in primis contractus rectos; speciemque legitimi commercii habentes, taxaverat, mox iudeos horum reos facit, his verbis. Neben dem so erfindet sich auch, daß die Juden solche ihre unbillige Schulden und Anforderungen, die sie auf den armen Christen mit höchsten Beschwerden, und unziemlichen Vortheil erlanget, andern Christen verkauffen, und die Verschreibung auf den Käuffer stellen lassen, welche in die armen übervortheilte Schuldner zu dem höchsten dringen, und sie etwan gar von Hause und Hoff vertreiben. Mox huic improbo fœnori obicem ponit in sequentibus: Diesen zu begegnen, sind Wir mit Churfürstlen und Ständen, auch derer abwesenden Rathe, Bothschaften und Gesandten dahin entschlossen, wollen und gebieten, daß die Juden hinführō keine Verschreibungen, Obligation vor jemand anders dann der ordentlichen Obrigkeit, darunter der contrahirende Christ gesessen, aufrichten: Doch sollen den Juden die aufrichtige Handthierung und commercien in den offenen freyen Messen und Jahrmarkten hiermit unbenommen sein. Da aber einige Verschreibung und Obligation auszurichten von nöthen, so soll dieselbe von der Obrigkeit des Orts versiertiget werden, und da sie diesen zu entgehen, einige Verschreibung hinführō aufrichten lassen, so soll dieselbe krafftlos, nichtig und unbündig seyn, und kein Richter darauf erkennen. Tandem de cessione additur: Es soll auch kein Christ hinfürter einem Juden seine Action und Forderung gegen einen andern Christen abkauffen, oder ein Jud als Schuldgläubiger einen andern Christen solche action und Forderung in einige wege cediren, oder einigs Contracts Weiss zu stellen, bey Verlust derselben Forderung. Imo, vt omnia nefaria molimina penitus proscriberentur, §pho sequenti hunc in modum cautum: Zu dem wollen und gebiehen Wir, daß keine Obrigkeit, Notarii oder andere Schreiber diese Contract, die ein Fid eines Christen Schuld einen andern Christen verkaufft hätte, stellen und fertigen sollt. Wo aber einige Obrigkeit, Notarii und andere Schreiber solches übertreten, dieselbige sollen ihrer Ehren und Aemter entsezt sein sich deren nicht mehr zu gebrauchen haben. Aber der andern Schreiber halben so sie hierwieder handeln würden, befehlen

befehlen Wir hiemit, denen Obrigkeiten eines jeden Ortes, das sie  
die mit dem Thurm Gefängniß, oder in andere Gelegenheit straffe.  
Posteriorem hanc sanctionem totidem fere verbis quoque exhibet  
Ordin. Polit. An. MDLXXVII. Tit. XX. Es soll auch kein  
Christ hinfürthers einen Juden seine action und Forderung gegen  
einen andern Christen abkauffen noch auch der Jud seine Schuld  
und Anforderung in einigen Weg einen Christen übergeben, oder  
durch andern Contract zu stellen, alles bey Verlust derselben wieder  
ein Augsburgischer An. MDLV. auch versehen.

§. V.

RATIO VIX IN ODIO IUDÆORVM QVAERENDA.

Hætenus de legis tenore satis constat. Proximum est, ut in causam eius genuinam inquiramus, quam omnino singularem fuisse oportet, quum ipsa sanctio sola determinatione personarum, quibus negotiatione interdictum, tantopere constringatur, ut hoc respectu pro specialissima habenda sit, quantocunque demum verborum ambitu constet. Supponit enim lex in persona cedentis creditoris 1) Iudicum, nomenque 2) ab eo contractum, in persona debitoris 3) Christianum sibi devinetum, denique in persona cessionarii 4) iterum Christianum, iudæo creditori suffictum. Hos cancellos lex non egreditur, sed tanquam necessarias conditiones requirit, certo indicio, rationem eius talem fuisse, quam sola determinatio personarum, in hoc negotio cessionis concurrentium, admitrit. Oleum itaque et operam perdunt, qui ad conditionem iudæorum publicam consugiunt, et in depingendo iugo servili, odioque iudæorum communi allegando, sibi mirifice placent, nihil omnino, quod iudæorum conditionem deteriorum facit, sanctum esse existimantes, cui interpretando et illustrando macula ista non sufficeret. His vero tantum abest ut calculum addam, ut potius matellum istud intentioni legislatoris repugnare persuasus sim, quæ si hic directa fuisset, omne omnino commercium cum iudæis sustulisset, quod salvum per tot secula

man-

mansisse, ex annalibus satis constat. Multo minus ratio apparet, cur, hoc supposito non æque Christianis nomina sua in Iudeos transferre, nefas creditum, aut cur cessiones iudæorum inter se non exiles in foro esse iussæ, quorum neutrum hic, vel alibi factam constat. Novit omnis ætas in Germania iudeos emtores, conductores, permutatores, negotiatores et vix species negotiacionis excogitari potest, ad quam non admissi iudei, adeo, ut ne principes quidem iis prædia vectigalia, aliasque res fiscales locare dubitaverint, quæ et similia integrum et licetum cum Christianis commercium, non obstante odio publico, fuisse, arguant. Si quæ vestigia fortis deterioris in fruitione iurium communium occurunt, ea vix honores, aut dignitates excedunt; quicquid vero iurium privatorum eos exfortes fecit, aut proprias rationes, in natura negotii, Iudaismum respuentis fundatas, habet, aut saltim mere particulare est, ad alia temere non porrigidum, usque adeo, ut ipsa servitutis iudaica conditio magis *imaginaria*, quam vera sit.

B. BOEHMER *Iur. Ecclſiſ. Tit. de iud. §. XXVI.* Et qui συναλλάγματα vitio laborare potuerunt, quum præter commerciorum exercitium in republica nostra iudeis ad augendam conservandamque rem familiarēm, nil relictum; illius indulgentia vero unicūm fontem suppeditaverit, ex quo pares facti ad solvendos census fiscāles, quos non minoris, sed utique maioris quantitatis fuisse, inter omnes notum est. Quæ cum ita sint, magna cautione opus, ne ea, quæ Christianis licita, sed iudeis prohibita temere ad fucum servitutis, maculæve iudaicæ exigamus, ne quidem specie secundaria rationis, quum in iis, quæ proprias ac peculiares rationes habent, de odio gentis iudaicæ, qua talis, cogitari vix potuerit. Moneo hoc contra eos, qui in exponendis iuribus iudeorum, farragini rationum asueti, etiam in præsenti quæstione, ad dedecus iudeorum, simul provocant, et sic cum vero fundamento manifeste falsa conglomerant, parum curiosi, utrum allegatio legi per omnia respondeat, an speciem tantum veri contineat.

§. VI.

## §. VI.

PRAESUMTA VSVRARIA PRAVITAS FVNDAT CES-  
SIONIS PROHIBITIONEM. VSVRAE CHRISTIA-  
NORVM ET IVDAEORVM DIVERSAE.

Vera potius et concludens ratio reprobati præsentis commercii in *vicio fœnoris* sive illiciti, sive impii, iudæis cum Christianis contrahentibus ex more communi proprii, vel rectius in *præsumtione* usurariae pravitatis, contra iudæos hoc casu militante, quærenda, cuius ne Christiani ullo modo per cessionem participes fierent, magna cum solertia cavere voluerunt legislatores. Ex-peditum est, magnam semper fuisse diligentiam, ac versutiam iudeorum in conquirenda ubique *pecunia*, velut unico subsidio commercia, quæ sibi relicta, in *rem suam* instruendi. Nummorum copia in Germania exulabat, superioribus *fabricam* monetæ, *arcano*, quo hodie procusione ditescunt, nondum cognito, segniter exercentibus. Quicquid ex iis in manibus civium erat, quod ad maximam partem dispositioni *economicæ* destinabatur, patribus-familias magis rem *familiarem*, et *agrariam* curantibus, quam *commercia numismatica*. Hæc genti *iudaica*, ad quæstuariae vitæ genuis natæ, asserta, et tanto maiore fervore ab illa tractata, quanto minus ob denegatas posseßiones *immobilium*, aliasve honestas *acquisitiones* de agris colendis, aliove quæstu cogitare poterant. Hinc omnis iudeorum cura in *nummis*, sive iure, sive iniuria, coacer-vandis, custodiendis, commutandis, ut pecunia indigentibus præsto esset, aditumque ad mutuandam illam Christianis sibi velut proprium facerent. En! largam occasionem, impiis exæcti-nibus miserorum marsupium emungendi, eosque durissimis conditionibus, in quas inviti consentire plerumque coacti, vexandi. Accedebat mos Sec. XIV. XV. notissimus, quo usi iudæi in exigendis usuris *maioribus*, quoque iure suo, eoque singulari, se vive-re existimabant, postquam tum temporis legibus publicis mensura certa nondum definita erat. Meminit eorum *TENZELIVS in Suppl. Hist. Goth. p. 128.* dum permisum fuisse domino, cui censu non solvitur, resert, *Geld auf Christen oder Juden Zins aufzunehmen*,

B

certissi-

certissimo argumento iudæos usuras proprias ac distinctas usurpasse. Licet enim mensura utriusque usuræ non determinetur, nullum tamen dubium, quin *maior* ad *iudeos* referanda sit, quos omni ævo ob excessum, *usurarios* audivisse, constat. Notæ ex hoc ævo *bessales*, aut *decennales*, inter ipsos *Christianos* usitatae, ceu variis monumentis probat M E Y E R vom sechsten *Zinsthaler* p. 69. seq. Quanto intolerabiliores fuisse oportet, quæ iudæis soluta? Prava hæc iudæorum fuerit consuetudo, an *indulgentia* superiorum subnixa? non inquiram, et si favorem publicum ab iis variis artibus subinde obtentum, non invitus concederim, cuius adhuc recentioribus temporibus sub MAXIMILIANO ET FERDINANDO I. in Rec. Imp. de An. MDXLIV. MDLXII. quoad usuras insigne extat monumentum. Defuit tunc temporis mensura *legalis* generatim: quid ergo impediebat, quo minus *depravatae* cōfuetudines irreperent, secundum quas *impie* quidem, ast *impune* mordacibus usuris se pascebant Iudæi. Mihi sufficit de qualitate fœnoris iudaici, tanquam causa, debachandi hoc modo in Christianos, satis liquere. Ipsam veritatem autem iniquarum et usuraria pravitate affectarum exactiōnum, quibus Christiani a iudæis exagitati, satis protestantur scriptores passim. vid. RABAN. MAVR. contr. Iud. CLXIV. HVNDIVS in Metropol. Salisb. p. 22. et 144. easque ne eo quidem tempore, quo determinari iam cœperat quantitas, desisse, ex claris verbis supra relati Rec. Imp. discimus. Hæc ipsa vivendi ratio tandem effecit, ut omnina omnino nomina a iudæis contracta ex *genio* eorum aestimata, et, tametsi vitium non apparet, nihilominus de *usuraria pravitate* suspecta habita. Hoc amplius, vitium *reale* esse, ac *nomina ipsa* eo usque afficere creditum, ut cum illis *tertio* cuicunque communicari, isque dishonestamenti particeps fieri posset. Quam sortem, ne *Christiani*, gliscentibus inter hos et iudæos commerciis, subirent, nulla melior in promptu erat medicina, quam *translatiōne* horum nominum in Christianos penitus interdicere. Quodcum per leges imperii actu factum, apparet, harum sanctionem mere *particularēm*, propriis rationibus constantem, ad commercia

cia cum iudeis aut venditiones nominum *in genere*, pertinere nec quicquam. Sive enim nomen a *Chriſtiano* venditum iudeo supponas, foehoris illiciti cefſabat præſumtio; ſive a *iudeo* in *iudeum* translatum fingas, deerat favor *personæ*, cui legislator contra *participationem* dedecoris proſpicere voluit, et ſic utroque caſu cefſabat *ratio*, legem in exemplum trahendi. Contra utraque ſoli cefſionis inter personas ſupra memoratas propria: ergo ad hanc ſolam reſtringi potuit prohibitio.

## §. VII.

## PROBATIO PRAEMISSORVM.

Atque hanc interpretandi rationem in præſumto foenore conſpicuam, ut agnoscunt CARPZ. Lib. V. Tt. V. R. XXXVIII N. X. XXIII. PHILIPPI ad Dec. XXVIII. Obs. VI. N. XVIII. STRYCK de iur. non cefſibil. C. I. N. III. HOFFMANN de cefſion. iud. et extra iud. §. V. WILDVOGEL Resp. CCLVI. N. XI. ita nexus totius legis eam probat, a quo ipſa verborum conceptio non discrepat. Postquam enim, quæ huic diſpoſitioni occaſionem dederunt, in verbis prioribus comprehensa, et uſurariorū indoleſ, qui ex rei veritate tales ſunt, et fuerunt, vivis coloribus depieta, mox in parte *diſpoſitiva* tam indefinite, et generaliter *cuiuscunque* actionis contra debitorem christianum iudeo competentis cefſionem in alium christianum reprobat, ut *de una* tantum ſpecie actionis cogitare vix potuerit. Hoc ſi verum, ſolo abuſu, cui eiusmodi cefſiones, quantumvis innoxiæ fuerint, exponuntur, ſe commoveri paſſus est legislator, ad ita, ut fecit, edicendum: abuſus vero ſola *præſumtione* vitii nititur, non vitii *abſolutam* veritatem in re, ſuper qua diſpoſitum, per modum *conditionis* neceſſaria præſupponit. Eoque ni fallor totum *cavendi* negotium pertingit, quo *abſolvitur* integra ſanctio, quodve verba: *diſen zu begegnen* foile clarius comprobant. Hoc enim iis ſpeciebus proprium, in quibus *dubium* eſſe potest, ſintne iniquitatis labe infectæ, an liberæ? etſi non leviſ eas gravet finiftra ſuſpicio. Dum ergo hiſ interdicti, revera tantum, ne ſub ſchemate iuſti, vitioſa

actio irreperet, impeditur. In quo cautio differt a *pœnali iudicio*, quod non nisi *illicitis actibus*, in se liquidis, proprium, nec sola *præcautione* absolvitur, sed quid amplius continet, dum *malum præsens* minatur. Paucis: Imperator *præcavet*, non *punit* fœnus *illicitum*, puniturus omnino, si in eo solo substituerat oratio. Vnde dissimulatio negotii fœnerosi, eique cohærentis pœnæ, qua in parte *dispositiva* utitur, tanto magis pro contractu de usuraria pravitate *suspicio* concludit, quanto minus ea complectitur, sine quibus de negotio vere usurario vix cavere potuit.

### §. VIII.

#### VSVRARIAM PRAVITATEM ACTVALEM LEGES SVPONERE QVIDAM PERHIBENT.

Sunt tamen, qui nihilominus prohibitionem ad contratus *usurarios* restringunt, rationem proxime in *delicto* ponunt, et hoc modo ipsam dispositionem, que ex mente superioris *generalis* esse debebat, mirifice constringunt. Ita rationes subducit BEYER ad tit. de hered. vel aet. vend. Posit. LI. ZIGL. de iur. iudicior. C. V. §. XXIII. a quibus reapse non abludit TITIUS in iur. priv. p. 459. qui, dum legem de specie, qua ad *velandam* usurariam pravitatem contractus celebratus, accipit, rationem non potest non a pravitate negotii in se *liquidum*, repetere. Sic vero debitor christianus pro fundanda *nullitatir* exceptione, ante omnia reatum usurarum mordacium liquido docere debet, quo non facto huic devinetus, cessioque *rata* manet. Et videtur utique ea interpretatio non omni ratione destituta, sive verba *initialia* speches, quae ad debita aet. vitiosa, et illicita, nec non ad debitores fœnore subactos manifeste pertinent, unde interpretationem capere videtur sanctorio ipsa in sequentibus, licet indefinite concepta; sive *tenorem*, et quæ huic cohæret, *insolitam*, commerciisque parum faventem definitionem, ob eandem hanc rationem, quantum fieri potest, restringendam. At enim vero uti §. præced. huic argumentationi varias rationes opposui: ita nec etiamnum ab ea, quam antea amplexus sum, sententia dimoveor.

Certo

Certe causa *occasionalis*, et si fuerit specialis, legem *generatim* latam non restringit, sed eam ipsam ob circumstantiam, quod eidem *nominatum* non accommodata, sed *abscisse* negotium prohibet, evidenter suggerit, casum *singularem*, quod saepe fit, legi *universalitatem* ansam dedisse, ut ex *SCto Macedoniano* et *Vellejano* dicimus. Idem quoque de *praesenti* lege dicendum. Aliter si sensisset legislator, non appareret, quare, oblata amplissima occasione, eo loco, quo proprie *legem* contra cessionem rogat, de *vicio usurarum* prorsus obmutescit, et ne syllabam quidem huc dirigit, sed in *simplici* cessionis a *Iudeo* in *Christianum* factae reprobatione acquiescit, et *gemina* sanctione, totidem verbis concepta, iterum corroborat, quod rationem sufficientem habuisse oportet, ad quam *prætensa* restric<sup>tio</sup> legis ad negotia *usuraria* vix sufficit. Præterea, num favori commerciorum satisfactum iudicabimus, si solis *manifestis* usurariis obex ponitur, *tectis* vero, et fraudem artificiosa velantibus, commercium integrum servatur? Quasi vero usurariorum artes tantopere obsoleverint, ut *dissimilare* fraudes tarum, ast *palam*, aut *faltim* sine debita circumspectione machinationes inire, *frequens*, consequenter opus tantum sit, deceptionibus *liquidis* dicam scribere? Certe multo frequentiores sunt defraudationes *palliatæ*, et longe minus expugnabiles, quam *rudes*: ergo non tam harum, quam illarum caussa lege, et cautione opus fuit, ne *auctus vere* quidem, ast non *liquido* usurarius, specie *legitimi* commercii, impune exerceretur. Denique, quum negotia *usuraria* per se alibi a legibus satis reprobentur, non modo si a *iudeo*, verum si a *Christiano* suscepta, cui quæso! usui fuit, legem sub ampliori paraphrasi, et certarum tantum personarum *determinatione* rogare? Nonne haec sola circumstantia, quam non inepte urget *WILDVOGEL* *Rep. CCLVI. N. XVII.* ante relata<sup>m</sup> sententiam suspectam facit, docetque, de alio obiecto legislatorem cogitasse? Vnde recte rationes subducit *STRYCK* c. 1. §. III. qui, dum in *præsumto* *vicio* *illictarum* *usurarum* acquiescit, et ideo *præsentem* cessionem prohiberi fatetur, addit *disserta* verba: *et si hoc exterius non appareat.*

## §. IX.

## PROSPICIT LEX CREDITORI ET DEBITORI.

Siccine ergo cessionario tantum prospectum, dum cavitur, ne macula ex negotio suspecto in hunc redundet! Ita omnino ex natura præmissorum concludendum videtur; soli cessionario legislatorem ius *singulare* hac constitutione parasse, debitoris contra rationem habuisse nullam. Sed salva res est, si in mentem revocamus, quod suspicio *usurariae pravitatis* hanc legem extorserit. Hæc namque, et si sola cessiones iudæorum in universum non cohibuerit, (translatione nominis in alium iudæum quippe nullis legum vinculis constricta) quatenus vero cessionario, et debitori Christiano *iniuria* esse potest, quod in *præsenti* specie liquidum, eatenus vi et potestate legis continetur. Quod eo usque verum, ut cessante ullo *debitoris* *præiudicio*, ipsa *sanctio* exulet: concurrente vero eodem, is beneficio eius simul fruatur. Et quid ni *debitoris christiani* conditioni succurrisset lex, quem non modo eodem cum cessionario, sed multo *maiore* favore dignum esse oportet, propter *nexus* solvendi debiti, cui non potest non iniuria cohærere, si ipsum nomen, quod lex *præsumit*, de *vicio* est *suspicuum*? Tamen enim eius conditio *durius* hac cessione non fieri videatur, quam qualis antea fuit: interest tamen eius, ut exceptione *nullitatis* utatur, et hac via *facilius* liberationem obtineat, quam, omissa cessione, contra iudæum creditorem difficilius obtinere potuisset, quandoquidem contra hunc ob defectum legis solæ *præsumptiones* debiti usurarii, quæ potissimum ex *commerce* per cessionem suscepto colliguntur, non sufficiunt, sed multo *difficilius* probatione opus est. Accedit, quod *exceptio* invalidæ cessionis ipsi comparata sit, certo indicio, favorem eius non fuisse prorsus neglectum. Vnum potissimum hæc observatio habet, si de quæstione infra examinanda, utrum *consensu* vel *diffimulatione* debitoris rata fiat cessio in alium Christianum facta, lis movetur, quæ propter eandem hanc rationem merito affirmanda. Vnde satis causæ est, hunc *debitoris* favorem in explicanda vi ac potestate legis cum reliquis causis coniungere, et cessionem

cessionem tum ob usurariae pravitatis *suspicionem*, tum ob præsumtam vitiosi nominis cum cessionario christiano *communicacionem*, tum denique ob favorem *debitoris*, nexibus durioribus ha-  
stenus cum iudæo creditore constricti, irritam pronunciare.

## §. X.

## EFFECTVS ILLICITAE CESSIONIS NVLLITAS.

## A IVDICE EX OFFICIO NOTATA.

Talem esse legis prohibitiæ sententiam, res ipsa loqui-  
tur. Quod si adversus eam cessio nihilominus celebrata fuerit,  
nec *debitor*, nec *creditor* verus, nec nominis *translatio* intelligi-  
tur, adeoque quicquid inter partes actum, perinde habetur, ac si  
nihil actum fuisset. Cuius rei consequens est, ut cessionarius  
agens exceptione *nullitatis* a limine, iudicii repellatur, restitutis  
reo frustratæ litis expensis. Hoc amplius, cedens *omni iure* de-  
bitum in posterum exigendi privatur, quod indicat clausula: *Bey Verlust der Forderung*. Notario vero instrumentum cessionis  
conscriptenti *infamiae* comminatio, denique aliis ex forte *privato-  
rum*, ad cessionem quomodo cunque concurrentibus, *poena carceris*  
proponitur. Quo ipso haec sanctio longe durior lege *Anastasia-*  
*na*, qua cedenti nil decedit, nec cessionarius ultra *lucrum*, quod  
facere intendit, aliquid amittit, nec *malo* quodam præterea alter-  
uter afficitur, quamquam alioquin, quia utraque in *fraudem* legis  
fieri solet, ea, quæ contra huius defraudatores sancita, v. c. quod sub  
quocunque demum *prætextu*, veluti *transactionis*, *donationis* fiat,  
in irritum revocetur, in hac æque obtineant, reiecto omni, cession-  
em palliante, titulo. H E R T. R. XC. Ipsa natura quoque, quæ  
hic subest legis prohibitiæ iudicem monet, ut non exspectata rei  
allegatione, *ex officio* auctorem a limine iudicii repellat, saltim, ne,  
quicquam contra legis prohibitionem omittat, quo minus huic fa-  
tisiat. D O N A V E R conf. LXV. N. XXXVIII. Tametsi enim  
reus, si vult, actori *inpune* satisfacere possit, nihil tamen obstat,  
quo minus id, si hoc in votis habet, vel declarat, vel etiam post  
cessionarii repulsam faciat. Et licet debitore *consentiente* cessio  
convic-

convalidetur, hæc circumstantia tamen *altioris indaginis*, nec ita comparata est, ut in exordio litis iudici de illa constare queat, tantum abest, ut *silentium* debitoris necessario *approbationem* inferat, quæ ex *errore*, vel *ignorantia* iuris procedere potest, et ideo iudici, ita pronuntianti, non impedimento est.

## §. XI.

CESSIO HAEC IN DUBIO CORRVIT. NISI IVSTA  
CAVSSA ADSIT.

Haec tenus itaque non tantum usurarii nominis translatio, sed *omnimoda* cessio actionis a iudæo in Christianum facta exultare tenetur. Nam *præsumtio* fœnoris illiciti est fortissima, et tantæ efficaciam, ut tale negotium *prorsus* improbare, legemque tam *generalem*, ad quamvis cessionem trahere potuerit. Nihilo tamen fecius contingere potest, ut, salva lege, *rata* fiat. Nam illa ipsa *præsumtio*, quam ad fundandam legem allegavi, docet, quicquid eius caussa fanicum, mera probabilitate niti, quæ probacionem *contraria* haud excludit, sed admittit, eaque peracta, aliam atque aliam decisionem non *prorsus* improbat. Vnde cum antecedentibus non pugnat, in *ceris* casibus cessiones has probare, quemadmodum in aliis caussis non implicat, regulam firmare, simul tamen ea salva subinde ob iustam caussam *contrarium* statuere. Quantacunque enim lex imperii generalitate constet, nil amplius quam *regulam* continet, quæ in solo casu *dubio usum* amplissimum habet, sed iustas *exceptiones*, quoties vel liquido de *iustitia* caussæ, vel alia *singulari* concurrente circumstantia, sua natura ius *præsens* temperante, constat, non excludit. Hoc modo lucem fœneror dostrinæ, quam de *omnimoda* cessionis nullitate contra *TITIVM* supra propugnavi. Eam enim aliter non intellectam volo, quam sub hac *restrictione*, ut in *dubio*, hoc est si *iusta* causa deest, vel de fœnere *illicito* aliunde non constat, dummodo directo *contrarium* liquido non appareat, contra hanc cessionem pronuntiandum sit. Ita enim casum *dubium* interpretor, qui tantum abest, ut peculiarem allegationem *argumentorum*, usurariæ pravitati proximorum, desideret, ut potius ipsi cessione.

cessioni præsumtio improbitatis ex *lege* per se iam insit, quæ causam *dubiam*, eique cohaerentem legis sanctionem fatis abunde fundat, et ex argumentis *extrinsecus* adiectis tantum *gradu* crescit, non autem *existentiā* fortitur.

## §. XII.

## PROBATO NOMINE LEGITIMO CESSIO VALET.

I*bulla*. Age! videamus, quid dicendum sit, si nomen iudæi ex omni parte *legitimum* esse probari possit, *hūm rata*, an *irrita* pronuntianda cessio? Legitimum intelligo non, quod vulgo *liquidum* audit, nam tale, etiam post *confessionem* debitoris, cum improbisimo debito consistere potest, sed quod ita comparatum, ut regulis *iustitiae* exacte respondeat, nec quicquam coiunctum habeat, quod *odiosi* nominis notam meretur. De hoc si quæritur, ego quidem non video, quid obstare posset, quo minus cessionario tanquam ex valido negotio ius reddatur, quandoquidem *ratio* nostræ legis, seu vitium *præsumptum*, et *occultum* exulat, et silex ipsa vigore suo destituitur. De tali specie olim couulta facultas iuridica *Hallenſis* respondit apud *BÖHM ERVM* T. II. Conf. CCCXXXIII. N. XXV. uti facti species docet, quæ debiti ad *publicas necessitates*, et *collefas* inter iudæum, et status provinciales contracti, et in utilitatem publicam aſtu verſi, mentionem facit. Ob hanc *singularem* circumstantiam, leges imperii, quasi ad eiusmodi casum, ab omni omnino specie *uirarix* *pravitatis* alienum prorsus non pertinentes, tum exulare putavit *ordo ICTORUM*, ratamque iussit cessionem *bona fide* a creditore iudeo in Christianum factam. Eandem sententiam in simili casu probarunt *Tubingenſes* Vol. V. CLIX. N. XVII. quibus subscribere non dubito, mirorque, *BECKIVM de iurib. iud. CXII.* §. XXV ob verba Rec. Imp. *generalia* rigorem etiam in hac specie præoptasse. Modo circa probationem observo, *actori* onus probandi incumbere, qui, *replicando*, debitum nullo vitio infectum, allegat; non *reο*, in nullitate seu usuraria pravitate se fundanti, quia pro hoc *præsumtio iuris* iam militat.

C

§. XIII.

## §. XIII.

NECESSARIA CESSIO ADMITTI POTEST.

STRYCKIUS NOTATVR.

Forsan inde est, quod nonnulli *necessariam cessionem quoque* huc trahant. Habetur pro tali non omnis, quae fit datione *in solutum*, quia haec etiam *voluntaria esse potest*, sed quae ex *iuris necessitate invito altero fit*, dum iudex circa *executionem* occupatur, sed ob *defectum validi obiecti*, cogitur creditori *nomen adiudicare*, reoque, ad *cedendum*, *necessitatem imponere*. Hoc *casu* facilius tolerari potest, ut creditor, *executione contra debitorem frustra impetrata*, debitum suum *prævia cessione iudæi persequatur*, ad quod aliter pervenire non potest, perveniendi autem *ius manifestum* habet *Conf. Tübinger Vol. V. Conf. LIX. N. XLIII.* maxime quum *cessio hoc casu fere superflua sit*, et *cautelæ gratia urgeatur*, ad *excludendam exceptionem legitimacionis ad causam*, cui tamen, probata *executione et adiudicatione iudicis*, abunde satisfit. Ita in *dubio*, si *nomen non usurarium iudicandum*, et sic in *tali specie ad solam legalem præsumptionem usurariæ pravitatis*, quæ *nomini iudaico alias obstat*, non *recurrentum*, tum *quia iurius necessitas* hoc medium postulat, ut *executionem rite petens*, suum *consequatur*, tum *quia sinistra ista præsumtio in primis iis nominibus cohaeret*, quibus *iudæi commercium exercere*, et *per cessionem lucrum iniquum cum damno debitorum querere intendunt*. Alioquin, si *nomen tale vere usurarium est*, et *debitor id probare potest*, ne quidem *adiudicatione iudicis ei præiudicatur*, quum huic omnes *exceptiones salvæ maneant*, in *quemcunque*, et *quomodo* *cumque nomen in aliud translatum fuerit*. Eadem sententiam fovet *STRYCK cit. §. IV.* sed ex medio termino, qui *eius philosophiam admodum suspectam reddit*. Trahit enim *hunc argumentum a cessione in potentiorum*, et *hanc tunc necessariam vocat*, si *cedens*, ut *se liberet a debito*, quo *potentior obstrictus*, *cessione nominis defungitur*. Verum ita *omne debitum*, ad quod *quis obligatur*, *necessarium est*, et *sic manifeste debitum necessario solvendum*, cum *cessione necessaria confunditur*. Hæc denum *huius*

huius loci est, non illud, quod non impedit, quo minus cesso  
*voluntaria* esse, et debitor naturali præstatione debito se exone-  
 rare possit. Certe si ita ratiocinari liceret, *iudæus* cessione no-  
 minis in christianum, quoties ei *aliunde* obstrictus est, valide se li-  
 berare posset, et amplissimum campum haberet, contra leges im-  
 perii nomina *usuraria* in Christianum, *prætextu* nexus obligatorij,  
 derivandi, quod ipsi extra nexus non licet. Sic manifeste fraud  
 legi fieret, quæ discrimen, utrum cesso in *debitorem*, an *alium*  
 fiat, ignorat: tantum abest, ut præsumptum nominis iudaici vitium,  
 quod *utrique* commune est, ad *posteriorem* speciem restringat.  
 Accedit evidens *diversitatis* ratio, ob quam argumentum claudicat.  
 Qui in potentiorem nomen transfert, non ideo absolute *vitiosi* no-  
 minis præsumptionem contra se habet, vitio nominis tum non cohæ-  
 rente. Fit quidem *aliquando* talis cesso, ut, quod *iniustum* nomen,  
 Potentior legitimet, *illiquidum* autoritate sua liquidum reddat: non  
 nunquam tamen vexandi debitoris caussa suspicitur. *Utroque* casu  
 effectu caret, siquidem cessiones in potentiorem non tam propter  
 qualitatem *debiti*, quam *cessionarii* reprobatae. At *iudæus* cedendo  
 nomen in Christianum, sive huius *aliunde* debitor fuerit, sive non,  
 semper sceleris *illicti* præsumptione gravatur, et propter hanc so-  
 lam, non æque ob conditionem *cessionarii* iure suo excidit.  
 Præterea qui *creditori* suo *potentiori*, solutionem valde urgenti, no-  
 men in *solutum* dat, plerumque in *bona fide* est, quo casu prohibi-  
 tio ista per se cessat: verum vitium nominis *usurarii* a *iudæo*  
 non ideo, quod in *creditorum* translatum purgatur, nec *ratio*, cur  
 hoc negotium, prohibicte ob intercedens debitum desinit, quin  
 Potius vis ac potestas eiusdem perdurat, et *utroque* casu *iudæo* ce-  
 dentia æqualiter repugnat. Denique ibi vitium *personale*, hic *reale*  
 cessioni obstat. Vnde uti non *eadem* ratio, quæ illam nonnun-  
 quam probat, huic quoque convenit: ita quod in priori specie *fa-  
 cilius* tolerari potest, in hac *difficilius* admittitur. Eundem erro-  
 rem cum *S T R Y C R I O* errat, eundemque falsum conceptum debiti  
 necessarii repetit *B E C K* de *iur. iud. C. I.* §. *XXVII.*

## §. XIV.

**QVID SI CESSIO IUDICIALITER FACTA? SENTENTIA CARPZOVII ET SCHILTERI EXAMINATA.**

Prætextum certi, liquidi, et legitimi nominis non pauci ad cessionem a iudæo *iudicialiter* factam referunt, cauſati, concurſum *iudicis* omnem omnino tollere *maculam*, et propter *autoritatem* iudicij insigne *robur* negotio accedere, quocum nulla exceptio debito opponenda ſubſttere poſſet; ſecus ſi obtineret, verendum eſſe, ut *autoritati* iudicij, quam ſartam teſtamque conſervari oportet, viſ ſua detrahatur; idque tanto minus dubium eſſe, ſi debitum *verum* iudici ex documentis liquidis *demonſtratum*, atque ab hoc probatum fuerit. Nec his repugnare cit. Imperii receſſum, iniungere potius eundem, ut, ſi qua inter iudæum et Christianum obligatio contrahenda, ea ſub auspiciis *iudicij*, cui Christianus paret, celebrari debeat; ſubiectam ergo prohibitionem ad cessionem eius nominis reſtringendam eſſe, ſuper quo *extrajudicialiter*, et intra privatos parietes instrumentum confeſſum; huius rei argumentum omni exceptione maius conſtitue-re verba: *Doch ſollen den Juden die aufrichtigen Handthierungen und Commercien in den offenen freyen Mefſen und Jahrmarkten hiemit unbenommen fein.* Siquidem, ſepotis cessionibus et accep-tationibus, commercia et negotiationes liberæ ſubſttere non poſſunt. Ita CARPZOVIVS Lib. V. Tit. V. Resp. XXXVIII. et quotquot eum ſecuti PHILIPPI ad Dec. XXVIII. obſ. XVII. N. XII. seq. RICHTER Dec. XXXVI. N. XII. MYNS. Cent. II. Obſ. XIII. WILLENB. T.I. Ex. Sabbat. XIV. BRVNNEM. de ceſſ. a. CII. N. LXXXVIII. Addit SCHILTER Ex. XXX. §. LXXII. leges imperii contra abufum cedentium in primis eſſe latas, hunc au-tem uſum non prorsus tollere, nec reprobare media, quibus illi ſub clypeo iudicj obex poni poſteſt; ad ſumnum, etiſi ius deficiat, non tamen *æquitatem* deficere, pro hac ſententia manifeſte militan-tem. Sed non deſunt, que ad haec arguments reponi poſſunt. Quantacunque enim *autoritati* iudicij viſ et efficacia tribuatur, tanta tamen non eſt, ut vitio uſurariae pravitatis, quod occul-

occultum esse, variisque artibus tegi solet, eo ipso, quod in  
 cessione nominis iudex intervenit, occurri possit. Ipsae leges  
*confirmationi* judiciali, quoties celebrato negotio accedit, parum  
 fidunt, si quidem illa *in quantum de iure vel, salvo iure tertii im-*  
 pertiri solet, nec *novum ius* tribuit, sed *vetus*, si quod est, ratificat:  
 siin deest, inefficax manet, quia magis per sub et obreptionem  
 impetrata censetur *c. 4. 5. 7. de confirm. utili vel inut.* Vnde  
 allegatus *metus convellendæ* alioquin autoritatis publicæ, est in-  
 anis, quin potius ea premium suum retinet, licet, quo minus ex  
 omni parte contra *tectas*, et iudicio *ignotas* improbitates profit,  
 saepe impediatur. Quumque vitium ut plurimum lateat, nec ex  
 inspectione instrumenti patescat, quem usum demum habebit ope-  
 rosa a CARPZOVIO desiderata, *veri debiti demonstratio* per ce-  
 dentem in iudicio facienda, cui, *absente debitore*, facile *color* quæ-  
 ri, et iuris *imago* excogitari potest, unde iudex ad *fidem* cedenti  
 habendum induci potest, tametsi nomen vere vitio laboret. Ma-  
 ius forsan dubium ipsæ *imperii leges* suggerunt: verum et hoc  
 quantum satis profligavit LAVTERB. *de proc. in rem suam §. XX.* et  
 ex ipso tenore *confirmationem* iudicis in eiusmodi cessionibus pro-  
 hiberi probat Rec. Imp. MDL. Zu dem wollen und gebiethen Wir,  
 dass keine Obrigkeit, Notarii oder Schreiber den Contratt, da ein  
 Jud eines Christen Schuld einen andern Christen verkauft, stellen  
 und verfertigen sollen. Accedit, quod prohibitio presentis ces-  
 sionis tam generaliter concepta sit, ut omnem restrictionem ex-  
 cludat, et ne levissimam quidem præsumptionem suggerat, legisla-  
 torem de certa tantum *specie* edicare voluisse, WILDVOGEL  
*Resp. CCLVI. N. VIII.* quod tamen, qui aliter sentiunt, ultro fateri  
 coguntur. Tum, quod SCHILTER pro conservatione usus le-  
 gitimi profert, utinam per cessionem judicialiter factam certo ob-  
 tineri posset, et hæc argumentum *iudubium* probati, ac legitimi  
 usus induceret; sed hocce votum cum secundum *leges*, tum se-  
 cundum *praxin*, ut antea docui, inane est. Denique æquitatem  
 cerebrinam hic comminisci idem est, ac latibulum, vbi *recta* via  
 patet querere, quod ICtum non decet, et hic tanto minus spe-  
 ctan-

Estandum, quanto certius est, actionem *per se* vitiosam, quoties ceditur, solo *iudicis* interventu non convalidari, adeoque *cautelam*, quam in hac specie sibi quæstivisse blanditur STRYCK cir. l. inanem esse. Vnicum excipio casum, pro vindicando cessionis iudicialis valore, quando nimirum hæc cum debita *causæ cognitio*ne facta, *citato*, et ipsum nomen legitimum profitente debitore principali, quamvis diffiteri nequeam, in hac specie non *iudicis* autoritatem, sed *debitoris*, cuius interest, agnitionem omne pondus ferre.

## §. XV.

## CONSENSV DEBITORIS RATA FIT CESSIO.

Videlicet magni momenti est hæc circumstantia, si *debitor* ipse vel in cessionem nominis ab initio *consentit*, vel ex post facto illud verum *iustum*, ac *liquidum esse fatetur*, quomodocunque hoc fiat, in iudicio, sive extra iudicium. Eius enim propter usurariam pravitatem, si qualaborat, et inde pendentem exceptionem *nullitatis*, primario interest, ne in fraudem ipsius creditor *iudæus* nomen vendat: eo itaque consentiente, *præsumtio* usurariæ pravitatis tollitur, ipsumque debitum ex omni parte iustum ac liquidum fit, quod ad audiendum *cessionarium* sufficit. Imo hoc casu non tam *cessio*, quæ *in scio* debitore fit, quam *delegatio* celebratur cuius natura hæc est, ut, quia *affentiente* debitore peragitur, omnes *exceptiones* eidem proprias, excludat l. 12. de novat. Idque tanto minus dubium, si *debitor* ipse *cessionarium* ad acceptandam a *iudæo* creditore *cessionem induxit*. Tunc enim postea in iudicium vocatus, *prætextu* *cessionis illegalis*, non audiendus, quum *dolo* facere videatur, qui contra *proprium* factum venire intendit HARPRECHT Vol. nov. Conf. LI. N. CXXVII. Nonnunquam *debitor* facta cessione novo *chirographo* *cessionario* per modum *novationis* se obligat, quo casu etiam res clara, tametsi *debitor* postea ad teatam *cessionem* provocet, quia hæc ob *precedentem* *consensum* fraudis expers, et sic ad eam exigenda non est, quæ *callidis* machinationibus fit, eoque solo respectu pro-

prohibita est. Speciem eius negotii probarunt ICtri *Lipsiensis* et, eam ad dispositionem in recessibus imperii non pertinere, responderunt apud **PHILIPPI c. l. N. XXXIII.**

**§. XVI.** *NEC NON SIN NOMEN ORIGINARIE A CHRISTIANO.*

*CONTRACTUM.*

Hoc amplius, ad originem caussæ debendi respiciendum monet, et inde, si nomen originetenus a *Christiano* contractum, validam exceptionem a dispositione legum imperii, ut ut generali, trahendam existimat **B. BOEHMER I. E. tit. de iud. sarecc. et eor. serv. §. LXXVIII.** Miror ICtos *Tubingenensis*, qui tales casum responderunt *Vol. V. Conf. LIX.* hanc circumstantiam in decidendo prorsus neglexisse, quæ tamen recessibus imperii unde decisionem repetunt, prorsus non respondet. Supponunt illi manifeste débita, speciem usurariae pravitatis præ se ferentia, et contra hanc composuerunt, quicquid rigoris in iis intuitu cessionis continetur. Talia vero per rerum naturam alia esse nequeunt, quam quorum contrahendorum autor est *iudæus*, quia vitium usuriarum cum ipso debito coalescere solet. Nomina, quæ *Christianus* sibi acquisivit contra fidei socium possunt quidem usuraria esse, sed non *præsumuntur*, quo supposito nec *verbis*, nec *ratione* legum imperii continentur, si per cessionem, in *iudæum* translata, et ab hoc denuo *Christianus* cuidam vendita, sed robur suum retinent, in quemcunque demum fuerit translatio facta. Ita merito iudicandum, si non ex *verborum* cortice, sed *ratione* legum, quæ genuinum interpretationis fundamentum suggerit, sapere, et veram philosophiam profiteri volumus.

**§. XVII.**

**VALET CESSIO IUDAEI, QUI AVTORITATE PUBLICA MENSAM ARGENTARIAM HABET.**

In eo non omnino convenienti interpretes, utrum in hunc censum æque referendi, qui ex sesta iudæorum privilegiis pecuniaris-

liaribus in usum commerciorum sunt muniti, an vero horum melior in cessione nominum sit conditio? Vtique non levioris note dubitatio intercedit, si, cum his Christianos negotiatoris fuisse, constiterit, quantumvis non ignorem, commerciis seculo XVI. non minus vacasse iudeos, quam hodie, imo ἐπειν eorum in primis in commutanda, et suppeditanda pecunia latuisse, et tamen parum benignae de iis iudicasse ordines imperii, nulla omnino inter ipsos iudeos, quoad hoc punctum distinctione suggesta. Sit, ut sit, statu publicus Germaniae tantopere mutatus fuit, ut vita praesens alias mores postuleat, nec absolute ad veteres sanctiones exigi queat, et sic etiam praesens rigor contra iudeos quodammodo temperandus sit. Est hoc generale principium, quod, mutationem vel restrictionem experiantur: quidni idem admitteremus intuitu iudeorum, quorum quidam secundum mores hodiernos maximis negotiis conciliandi adhibentur, vel publica autoritate mensam argentariam privilegio speciali muniam exercent, ut pecunia omnibus, qui ea indigent, in promtus sit, et gliscentibus commerciis, unde salus civitatis pender, subveniatur. Olim non erat sic. Languebat commercia: inopia pecuniae affligebat Germaniam; superioritate territoriali nondum firmata, omnia, quae ad vitam bene beateque agendam pertinent, mirifice confusa, saltim parum bene ordinata erant, adeo, ut ne per somnum quidem de mensa trapezitica cogitari, aut ea, quae tale institutum sustinent, adornari potuerint. Quo magis ergo omnia in primis circa commercia in melius reformata, eo magis huic innovationi convenienter in scholis et in foro iudicandum, omnesque leges particulares ita explicandas, ne pessimum ex una parte, quod ex altera sapienter aedificatum. Evidem ob solas officinas iudeorum publicas, vel mercaturam in genere, legibus nil quicquam detrahendum, tum quod haec de iudeis mercatoribus agant, tum quod vix iudeus existat, nisi qui simul negotiator fuerit, ut recte rationes subduxit L E N Z. de nom. et aet. cef. C. VI. M. XII. N. I. HARPR. Conf. LX. N. CCXCI. Ast aliter omnino iudicandum de his, qui autoritate publica συνάλλαγμα pecu-

pecuniarium velut *artem* exercent, et nominatim eam in rem *privilegio* donati, vulgo *Banquiers*, die ein öffentlich *Contoir* haben, quos, si a *promiscua nominum cessione* arceres, per indirectum totum institutum funditus profligares. Nam manifeste *repugnantia* sunt: *negotiationem pecuniariam tanquam munus publicum iudeo* concedere, quæ his vero inserviunt, *cessiones nominum admittere* nolle. Accedit, quod dentur in civitatibus ad commercia publica destinatis v. c *Hamburgi Lubeca iudæi, ad conciliationes negotiorum autoritate publica elesti, et iuramento obstricti, Mäcker*, qui fidem *plenissimam* in probandis iis, etiam *contra christianos* habent, certo indicio, non *omnes iudæos* ad *easdem leges* hodie exigi posse, sed *autoritatem publicam*, sub qua nonnulli negotiantur, iis multa indulgere, quæ alii eius sectæ hominibus non sunt communia. Taceo *prijudicia* ex odio communi contra iudæos per ius canonicum introducta, et adhuc seculo XVI. vulgarissima, quod sint *servi publici, leuis notæ macula notati, magis secundum rigorem quam æquitatem iudicandi*, et quæ eius generis contumeliæ alia sunt argumenta a *REINKINGIO de regim. secul. et ecles. Lib. II. Cl. II. C. III. N. XXXI.* proposita, unde olim tanquam extripe contra iudæos pronunciatum, hodie, postquam *prior philosophia* homines regere cœpit, exolevisse, et vel ad inanes *fabulas*, vel iniquæ *persecutionis* monumenta referri. Evidem non is sum, qui sètam *iudeorum extollere*, eamque a vinculis legum contra eam latarum eximere auderet, optime conscius, quantæ sint hodienum iudæorum artes, *fraudis plenissimæ*, et quam necessarium sit, in *dubio* et *regulariter* sanctitatem legum imperii contra iudæos latarum custodire. De *exceptione* enim tantum quæro, et, *iusta causa* concurrente, mollius iudicium contra *cruda principia*, et ipsa legum verba desidero, qua in re eo minus faltere mihi videor, quo magis ineptum, ac in civile esse persuasus sum, iudæis, quos superior dignos iudicavit *autoritate publica* genus *negotiationis* valide exercere, fidem detrahere, et iura iudeorum *vulgaria* iis applicare velle. Cave tamen, ne id cum iudæis publice receptis *Schutz-Juden* communices, in quo lapsus est,

D

STRY-

CKIVS

KIVS V.M. tit. de hered. vel act. vendit. §. XII. et cum eo HOFFMAN de cess. iud. et extra iud. §. V. Vti enim horum receptio in Germania non nova, sed dudum, etiam tempore, quo supra dictæ leges imperii lateæ, invaluit, nec tamen ordines imperii, quo minus has contra cessiones iudæorum ferrent, cohibuit; ita nec hodie istud palladium iustificare has cessiones poterit, quia aliquin leges istæ prorsus eluderentur, et omni effectu carerent, quod etiam agnoscunt BOEMER c. I. et P. II. Conf. CCCLIII. LEYS. ad ff. sp. CXCIX, in fin. coroll. II. WERNH. P. IV, obs. XCI.

### §. XVII.

#### CAMBIA A IUDÆO VALIDE CEDVNTVR.

Denique in commutatione litterarum *cambialium* specialis ratio se exerit, a regula communi recedendi, eamque ad sola debita *chirographaria* restringendi, observante STRYKIO ad Laut. L. XVI. Tit. V. et PERILLVSTR. CRAMERO Wezl. Neben Stunden p. III. Tit. IV. §. V. GRASS. collat. iur. Rom. cum Rec. imp. p. 402. Est videlicet earum hæc peculiaris indoles, ut facta recognitione, *promissima* contra debitorem decernenda si executio, reiectis omnibus exceptionibus *altiorem indaginem* habentibus. Quum vero ex harum genere utique sit exceptio *præsumtæ usurariæ prævitatis*, non video, quomodo, salvo *processu cambiali*, debitor christianus ex cessione cambii a iudæo facta, convenitus, effugere, eius *incommoda* possit. Li-  
cet enim in nullitatibus exceptione, ipsis *legibus* firmata, adeoque *liquida* *præsidium* quærat, hæc tamen *generalis* est, et ob dif-  
fensum §. V. notatum longiorem probationem desid erat,  
nec sola legum notorietas ei patrocinatur, quia id, an  
illæ ad hanc negotiationem pertingant, in *quaestione* est. Certe  
leges imperii de hac specie cogitare non potuerunt, quia *cambia*  
temporis in *Germania* adhuc ignota, et sequentibus temporibus  
demum ad promovenda commercia investa sunt.  
Nec introduxit illis *eadem* cum aliis nominibus ratio allegari potest,  
ob quam dispositio legum ad hæc trahenda, quin potius *pro-*  
*pria*

pria, et peculiaris horum natura manifeste contrarium evincit. Certe negotiatio cambialis *iudæis* prohibita non est, et solus vigor *commerciorum*, quem, non admissa *indossatione* a quocunque facta, perire, aut turbari, necesse est, pro *iudæis* militat, ne in exercito eius impedianter. Et cum ob *utilitatem publicam* plura alia *singularia*, in regula haud probanda, tum circa *cambia* in *generi*, tum circa eorum *indossationem* per modum *cessionis* factam obtineant: quidni præsens *cessio* eandem sortem experientur? *Cessionem* in *potentiores* leges sub poena nullitatis improbant, et tamen in *cambii indossatione* eius nullam habent rationem, tametsi hoc negotium non minus *noxiū* esse possit, quam *cessio nominis iudaici*. LEYS. ad ff. Sp. CCI. Med. II. Gemina circa legem *Anastasianam* obtinent, quia ex *indossamento*, *brevi formula* concipi solito, *quantitas indossanti* soluta colligi nequit, et sic per ambages probanda. FRANCK. in inst. iur. camb. Lib. I. S. II. Tit. V. §. LX. GROLLMAN de *cession*. litterar. *cambial*. §. IX. Exceptiones *peremptoriae*, quæ ex facto *indossantis* descendunt, *indossalario* non obstant, quod in *simplici* nominum *cessione* secus, GRIBNER princ. proc. L. II. C. VI. §. VII. Ut alia plura, in quibus *cessio cambii* a *communi* natura *cessionis* nominum differt, non tangam, plena manu exposita a LEYERO Sp. CCIII. Med. III. Quæ ergo ratio istam exceptionem, exigente natura *cambii*, in his probat, ea illam in nostra specie improbare nequit. Fatetur iustitiam caussæ, et *praeludicij* corroborat BERG. oeon. iur. p. 643. a quo ob *indefinitam* legum imperii dispositionem sine causa dissentit, et *cambia* quoque ad rigorem exigenda putavit WERNH. P. IV. obs. XCIX.

## §. XVIII.

VSUS HODIERNVS AMBIGVVS EST.

Ast forsan *praeludicialis* quæstio est, utrum sanatio legum imperii in *foro* obtineat, an desuetudine obliterata fuerit? Ex libris ICtorum certum quid ea in re colligi nequit. Vnus de hoc, alter de illo testatur, quo sit, ut *praxis* sit *incertissima*. Dudum

ad non usum legum imperii provocavit **BLVMIVS** proc. **Camerat.** Tit. **XXXIV.** N. **CVII.** et ex recentioribus idem sensisse ac sententiis Cameralibus confirmasse, observo **PERILL. CRAMERVM** cit. l. §. **VI.** **THOMASIVM** et **HEINECCIVM** ad f. tit. de hered. vel ast. vend. infin. Contra pro ius fortiter pugnant **HERT.** Resp. **XC.** N. **VIII.** **WERNHER** c. l. **BOEHMER** c. l. **DONAVER** Resp. **LXV.** N. **XXXIII.** **WILDOVOGEL** Resp. **CCLVI.** **Tubingenses** Vol. V. Conf. **LIX.** N. **XXXI.** **BECK** c. l. §. **XXVIII.** ILL. **PYFFEND.** T. II. obf. **CLVIII.** **GRASS** collat. iur. rom. cum Reces. Imp. p. 399. et praeiudiciis itidem firmant. Neque video, cur sanctiones in se æquissimæ ac saluberrimæ tantopere vilipendere, et sola allegatione *non usus*, exules iubere, aut expediatur, aut privato ausu liceat. Quid enim, num talis mutatio in conditione iudæorum inter nos contigit, ut ea propter leges contra eorum defraudationes latas vim et effectum *prorsus* habere nequeant? Quicquid status præsens in Germania suggerit, in solo temperamento, si *iusta causa* concurrit, querendum, ut supra ostendi, ad abrogandam penitus legem, non sufficit, cuius æterna est in *dubio* autoritas, quamdiu, vel in *universum*, vel *specialibus* locorum edictis non abolita. Forsan *communis* cum christianis fruitio iurium publicorum in *testamenti factione*, *successione*, *tutelis beneficii juris*, veluti *Senatusconsulto Macedoniano*, *Vellejano*, *restituzione in integrum*, similibusque *conspicuorum*, dissentientes seduxit, ut non convenire conditioni eorum *hodiernæ* hanc legem censuerint. Sed cogitare debebant, hanc *speciali* ratione, quæ nec hodie exaruit, niti, nec ad ea, quæ circa *inoxium* iurium usum in vulgus indulta, ob manifestam *diversitatirationem* exigere posse. Eoque illud refero, quod ex concepto quondam nimio odio circa *vestitum* disposuit *Reform.* Pot. de An. **MDXXX.** tit. **XXII.** §. I. Dafs die Juden einen gelben Ring an dem Rock oder Kappen allenthalben unverborgen zu ihrer Erkenntniß öffentlich tragen sollen. Id enim, remitto hodie odio, facilius abrogari potuit, non æque id, quod suas *proprias* rationes habet nec unice ex odio vulgari profluxit, adeoque argumentum ab il-

lius,

lius non usu ad præsentem casum trahi nequit. Interim *praxin*, quæ cambiorum, non item aliorum nominum cessionem admittit, parum cohaerere, non diffiteor, ut dudum suboluit **T H O M A S I O c. l.** *Saxones ea in re diverso iure utuntur*, ut patet ex promulgato *Anno MDCCXV. rescripto regio*, quod recitat **B E R G E R** in decisionibus summi provocationum senatus p. 223. cuius verba derogatoria hæc sunt: *Dass alle Cessiones derer Schuld Verschreibungen nicht weniger derer Wechsel Briefe und Steuer Scheine, sie geschehen gleich von Christen, oder Juden, oder von diesen an jene, sie seyn gerichtlich, oder außer gerichtlich geschehen, bey Kräfftten verbleiben und vor gültig geachtet werden sollen, quod tanto magis mirandum, quanto certius est, iudeos extra mundinas in Saxonia non tolerari.* Sed vicit ea in re favor *commerciorum*, contra quem nil quicquam, quod turbare cursum et conservationem negotiationis pecuniariae posset, admittere voluit legislator augustinissimus.



CO-

COROLLARIA.

---

*I. Annus gratiae non iure hereditario liberis debetur.*

*II. Etiam in Fideicommisso puro liberi quartam Trebellianicam detrahunt.*

*III. Sponsalitiae largitates dissolutis sponsalibus non cedunt Confistorio.*


*IV. Pactum de quota litis hodie valet.*

*V. In casu præteritionis liberorum cum testamento tegata pereunt.*

*Vh. Ob secundas nuptias portio statutaria ex bonis prioris coniugis debita non cedit liberis prioris matrimonii.*







Bd. 1115

56.





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-191868-p0048-1

DFG



DISSESSATIO IVRIDICA  
DE  
CESSIONE NOMINIS  
A IVDAEO IN CHRISTIA-  
NVM FACTA RATA  
VEL IRRITA

DE  
Q V A M  
IN REGIA VIADRINA  
PRAESIDE PATRE  
SAMVELE FRIDERICO BOEHMERO, ICTO  
POT. REG. BORVSS. CONSIL. INTIM. ET ACAD. VIA-  
DRIN. DIRECTORE  
D. XVIII. FEBR. MDCCCLVIII.  
PVBlico EXAMINI SVBMITTET  
FILIVS  
IVSTVS ERNESTVS BOEHMER.



FRANCOFVRTI AD VIADRVM,  
TYPIS IOANNIS CHRISTIANI WINTERI, ACAD. REG. TYPOGR.